

bus alterum affusâ aquâ in balneo Mariae vt vocant, diligenter sublimando eliciatur. Est autem hoc inter omnia tenuissimum & præstantissimum, ad omnis generis obstructions aperendas peridoneum, ad epilepsiam, paralylin, vertiginem, calculum tam vesicæ quàm renum, accommodatum.

Hæc tria olei genera, præsertim vetustioris, cum igneæ partes euanuerunt, prorsus respondent Naphthæ: Nam album petroleum quod Meianæ scaturit, est melius cæteris, odoratius & subtiliorum partium.

Nigrum verò Asphalti odorem refert, crassum & foetidū, quale est Bulgaricum vel Naphtha Bulgarica. hoc enim supra modum tetrum spirat odorem ad Asphaltum accedentem. Tertia Naphtha ruffa est, media consistentia ac viribus inter reliqua duo genera. Prouenit hæc ex monte Celite, de qua sic scribit Bellonius: Huius naphthæ ruffæ scaturigo ex terra multū